

Decima Europæ tabula continet Ma-  
cedoniā, Epirum, Achiam, Pelopon-  
nesum, Cretam & Eubœam.

AFRICÆ QVATVOR SVNT  
tabulæ, regiones duodecim,  
ciuitates 42.

Prima Africæ tabula continet ambas  
Mauritanias, Tingitanam et Cœsarien-  
sem. Vide infrà tabulam Africæ primæ.  
Secunda Africæ tabula continet Afri-  
cam propriam.

Tertia Africæ tabula cōtinet Cyrenai-  
cam & Aegyptum, Marmaricā & Li-  
byam. In Thebaide duæ signantur ur-  
bes, Syrene scilicet & Berenice, ubi sol  
semel in anno fit supra uerticē, quando  
est in æstiuo tropico.

Quarta Africæ tabula cōtinet interio-  
rem Libyam & Aethiopiā quæ est sub  
Aegypto. Signatur in ea urbs Autola-  
kæ, ubi sol semel in anno fit supra uerticē  
in æstiuo tropico. Et rursum si-  
gnantur undecim urbes, in quibus sol  
bis in anno fit supra uerticem capitū.  
Earū nomina sunt, Iarzitha, Thamon-  
docana, Gira, Garama, Napata, Me-  
roë, Ptolemais ferarum, Adulis, Dire,  
Mosylum & Aromata.

ASIÆ TABVLÆ SVNT  
duodecim, regiones quadraginta  
quatuor, ciuitates centum  
& nonaginta.

Tabula prima Asiæ continet Pontum  
& Bithyniam, Asiam minorem, Ly-  
ciam, Galatiam, Pamphiliam, Cap-  
padociam, Ciliciam & Armeniam mi-  
norem.

Secunda Asiæ tabula continet Sarmati-  
am, Asaticam.

Tertia Asiæ tabula continet Colchi-  
dem, Iberiam, Albaniā & Armeniam  
maiorem.

Quarta Asiæ tabula habet Cyprum &  
Syriam, Iudæam atq; ambas Arabias,  
Petream scilicet & desertam, Mesopo-  
tamiam & Babyloniam.

Quinta Asiæ tabula includit Assyriā,  
Susianam, Mediā, Persidem, Pathiam  
& Carmaniam desertam.

Sexta Asiæ tabula habet Arabiam fe-  
licem, atque Carmaniam cum adiacen-  
tibus insulis.

Septime Asiæ tabulæ insunt Hyrcania,  
Margiana, Bactriana, Sogdiana, Sa-  
carum regio & Scythia intra Imaum  
montem.

Octava Asiæ tabula cōtinet Scythiam  
extra Imaum montem & Sericam.

Nona Asiæ tabula habet Ariam, Paro-  
panisadas, Drangianam, Arachosiam  
& Gedrosiam.

Decima Asiæ tabula continet Indiam  
intra Gangem flu. cum adiacentibus  
sibi insulis.

Vndecima Asiæ tabula habet Indiā ex-  
tra Gangem & Sinas.

Duodecima & ultima Asiæ tabula cō-  
tinet Taprobanam insulam cum cœte-  
ris insulis circa ipsam.

H A E C  
SVNT COGNITAE ORA-  
BIS PROVINCIÆ SEU PRE-  
FECTURÆ.

EVROPAE PRIMA  
TABVL A.



Ybernia insula Britânica  
Albion insula Britânica.  
Tabula secunda  
Hispania Bætica  
Hispania Lusitania

Hispania Tarragonensis.

Tabula tertia

Gallia Aquitania

Gallia Lugdunensis

Gallia Belgica

Celtogallatia Narbonensis.

Quarta tabula

Germania magna.

Quinta tabula

Rhetia & Vindelicia

Noricum

Panonin